



7406  
+  
85- L 52c<sub>2</sub>



E U R I P I D I S

C Y C L O P S.

D A F Y J

CYCLOPS

LEIPZIG

DRUCKER UND VERLEGER

WILHELM FRIEDRICH

210191801

CHOCOLY

---

LIPSIAE

EX OFFICINA C. P. MELZERI.

---

E U R I P I D I S  
TRAGOEDIAE.

PRAEFATIO.

---

R E C E N S U T

**GODOFREDUS HERMANNUS.**

originem videntur spectare, quae prior est initio tragoe-  
diae. Complectas enim omnem potissimum. Athenaeus  
XIV. p. 1630. G. hoc memoriae prodidit: οὐδέν τις με-  
θητικός ποίησις προτεύει τοιούτῳ, διό τι τοιούτη  
τοιούτης θεωρίας οὐδὲ διάνοιας θεωρίας. Quis die  
dicti tragedias, dithyrambi learnede illi dicit quoniam  
Bacchicium.

**VOLUMINIS II. PARS III.**

**CYCLOPS.**

---

L I P S I A E  
I N L I B R A R I A W E I D M A N N I A.

---

M D C C C X X X V I I I .

СИДИЧИЯ  
ИАСКОДАЯТ

ТИСИИ  
СІРСКА  
ОУМАНІСКИ АІСІЛІФІС

АІСІЛІ СІЛУМУЛОУ  
АЧОДЫ

ИАСЧІЛ  
АІСІЛІСІН АІСІЛІСІ

МЕССЕХІЛ

## PRAEFATIO.

De poesi satyrica Graecorum multos ita sentire video, ut tribus tragoediis quartam adiectam esse fabulam satyricam putent, quo severitas tragoediae hilaritate quadam temperaretur, spectatorumque animi, satiati miseratione gravium malorum atque horrore atrocium facinorum, recrearentur satyrorum levibus iocis lascivaque petulantia. Qui ita opinantur, eventum huius instituti, non originem videntur spectare, quae prior est initii tragoeadiae. Complectar rem omnem paucissimis. Athenaeus XIV. p. 630. C. hoc memoriae prodidit: *συνέστηκε καὶ σατυρικὴ ποίησις τὸ παλαιὸν ἐξ χορῶν, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία· διόπερ οἱδὲ ὑποχριτὰς εἶχον.* Quas hic dicit tragedias, dithyrambi fuerunt, sed illi aliud quam Bacchicum argumentum habentes, quales Sicyoniorum chori tragicci, commemorati ab Herodoto. Satyricam autem poesin, de qua loquitur Athenaeus, lusus satyrorum extemporales fuisse ex Aristotelis libro de arte poetica IV. 14. cognoscitur. Ibi ille tragediam initio extemporalem fuisse, exortamque esse per eos narrat, qui dithyrambum cantarent. Nam, ut Diogenes Laertius III. 56. ait, *τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὑστερον δὲ Θέσπις ἔνα ὑποχριτὴν ἔξευρεν ὑπὲρ τοῦ ἀναπαύεσθαι τὸν χορόν.* Sive Thespis is fuit, sive alius, nihil ad

rem. Illud non videtur dubium esse, inter cantus chori unum aliquem de grege prodisse, qui aliquam antiquam fabulam non ageret, sed narrando recitaret. Inde mansit, ut in omni tragoedia, atque, ut videtur, etiam in fabula satyrica, aliqua nuncii narratio pro necessaria parte fabulae haberetur, sive is nuncius nihil aliud quam nuncius esset, sive partes eius eorum uni tribuerentur, qui alias in fabula easque graviores personas sustinerent. Facile autem existimare licet, narrationes istas fere ex antiquorum epicorum carminibus peti solitum fuisse, quod iis tum omnis rerum olim gestarum fama contineretur. Postea placuit non solum narrare aliquid nuncium, sed etiam ipsum agere. Ita factum, ut qui satyrorum habitu atque ornatu in choro Bacchico essent, cum isto actore sermones consererent, quales ab satyris haberi consentaneum videretur. Quum deinde rursus dithyrambum cecinisset chorus, denuo actor ille aliud vel narraturus vel acturus prodibat. Unde mos et lex exstitit tragoediae, ut in quoque actu nova persona in scenam introduceretur. Deinde inventum, ut istae narrationes omnes unius argumenti perpetuitate coniungarentur, quique inter singulas partes cani solebant dithyrambi commutarentur cum eiusmodi carminibus, quae ad illud argumentum, de quo actor exponeret, pertinebant. Ita fabula exstitit satyrica: ex qua, argumentis ad seria translatis, orta est tragoedia, additusque deinceps alter et postremo tertius actor. Hinc est, quod Aristoteles de tragoedia dicit IV. 17. *ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐξ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐξ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὅψε ἀπεσεμνώθη.* Antiquior ergo satyrica fabula est, quae si mansit etiam inventa tragoedia, non tam id putandum est temperandae hilaritate severitatis caussa factum esse, quam ut antiquus et legitimus mos conservaretur, postquam maiore studio severa argumenta excipiebantur. Quod au-

tem tribus tragœdiis adiuncta est una fabula satyrica, id, nisi fallor, hanc caussam habuit, quod quater inter chori carmina olim prodierat histrio: ut, quum recepta esset tragœdia, tamen ius suum maneret satyris. Id constanter factum esse quum aliquot tetralogiarum superstes memoria testatur, tum apparet ex his verbis scholiastæ Aristophanis ad Ranas v. 1122. (1155.) *τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστείαν αἱ διδασκαλίαι Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν. Αρίσταρχος τὰς Ἀπολλώνιος τοιλογίαν λέγουσι, χωρὶς τῶν σατυρικῶν.* docuitque accurate H. F. Clintonus in Musei philolog. Cantabr. fasc. I. p. 76. seqq. Interpellata tamen ea consuetudo putatur ab Sophocle, quem Suidas testatur *ἄρξαι τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν:* quae verba alii aliter sunt interpretati, quos nominavit C. Fr. Hermannus in Quaestionibus Oedipodeis p. 38. Totum autem testimonium, nullo alio auctore confirmatum, ita dubium est, ut haud sciam an recte Clintonus p. 78. alterum Sophoclem, nepotem clari tragici, mutationis illius auctorem fuisse coniecerit.

Alia nuper ex inopinato mota est dubitatio, in Iucem protracto codicis Vaticani argumento Euripideae Alcestidis, in quo scriptum: *πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Άλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Άλκήστιδι. τὸ δὲ δρᾶμα χωμικῶτεραν ἔχει τὴν κατασκευήν,* quod postremum vocabulum *καταστροφὴν* scribendum esse probabiliter coniecit G. Dindorfius, quia sic scriptum est in argumento Orestis, de qua fabula idem quod de Alcestide statuerunt grammatici. Cui quidem iudicio quid tribuendum sit vel Io. Tzetzes docere potest, qui quum scripsisset hos versus in Crameri Anecdatis vol. III. p. 337, 9.

*σατυρικὸν δὲ Πρωτίναν οἶδα μόνον· ἄλλους δ' ἐφευρὼν εἰ θέλεις, τέχνον, γράψε,*

hanc subiecit adnotationem: τοῦτο εἶπον ἡπατημένος τοῖς ἔξηγον μένοις Εὐριπίδην καὶ Σοφοκλέα γράψασι οὕτω· τὸ δρᾶμα τὸ τῆς Ἀλκήστιδος Εὐριπίδου καὶ δὲ Ὁρέστης καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἡλέκτρα καὶ ὅσα τοι- αῦτα, σατυρικά εἰσι καὶ οὐ τραγικά· ἀπὸ συμφορῶν γὰρ καὶ δακρύων εἰς χαρὰν καταντῶσι. οὕτω μὲν οὖν ἔγραψα περὶ τῶν σατύρων τούτοις ἡπατημένος· ἐντυχὼν δὲ σατυρικοῖς δράμασιν Εὐριπίδου, αὐτὸς μόνος ἐπέγνων ἐξ τούτων σατυρικῆς ποιήσεως καὶ κωμῳδίας διαφοράν. ἡ μὲν οὖν κωμῳδία δριμέως τινῶν καθαπτομένη διαβολαῖς, ἐπὶ λοιδορίαις κινεῖ γέλωτα· ἡ δὲ σατυρικὴ ποίησις ἄκροτον καὶ ἀμιγῆ λοιδορίας ἔχει τὸν γέλωτα πάνυ ἥδύτατον, οἷον τὸν ἐν Θυμέλαις. Profecto si isti quos merito Tzetzes vi- tuperat audiendi essent, ingens numerus tragediarum accensendus esset fabulis satyricis. Quocirca si illi Ore- sten Euripidis et Sophoclis Electram, quas nemo dubi- tabit tragedias vocare, satyricas esse voluerunt, vereor ne etiam Alcestin temere exemerint tragediis, quae fabula etsi mollior quam pleraeque tragediae est, tamen eximum robur accepit ab Herculis licet paullum appotι persona: quem si quis nihil tragicae gravitatis habere putat, quod vino largius hausto abiiciendas esse curas vitaeque iucunditatibus fruendum censem, eum neque omni- no quid heros sit animo perceperisse, neque cogitasse dixerim sapienter hoc a poeta institutum esse, quo clari- ius elucesceret generosa viri virtus, quum indignatus quod in tanta hospitis calamitate potaverit, vi se coniu- gem eius Orco erepturum, vel, si iam sub terram sit abducta, ipsis ab inferis vindicaturum promittit. Si quidquam est, quod alienum a tragedia videatur, non est id in Herculis persona, sed in ultima scena, in qua Hercules Alcestin tamquam peregrinam mulierem tradit Admeto, isque eam vix ut adspiciat, nedum ut manum ei porrigat, ab se impetrare, nisi coactus, potest. Ve-

rum hoc quoque quam excusationem habeat exposui in dissertatione, quae adiecta est editioni eius fabulae, editae a. 1824. Addendae his C. G. Firnhaberi vindiciae in Zimmermanni diurnis antiquariis a. 1837. n. 50. 51. Quod si in inventione argumenti nihil est, quod Alcestin non patiatur esse tragoediam, multo minus quidquam illarum rerum, quae propriae sunt fabulis satyricis, in ea reperitur, non satyri, non ioci, non petulantia, non lascivia, denique non dictio nec numeri versuum quales in satyricis. Quid igitur statuamus? Quum illi scholiastae Vaticano quarta tetralogiae fabula nominata sit Alcestis, facile quivis in eam adducatur opinionem, quam ante hos duos annos eleganti dissertatione defendit Frid. Guil. Glumius, in locum satyrorum suffectam esse fabulam, quae tragoedia quidem esset, sed tamen, quod neque atrox facinus contineret et exitum haberet laetabilem, haud inepte videretur ad relaxandam praegressarum tragoediarum tristitiam et severitatem esse adhibita. Speciosissima sane haec coniectura est, et fortasse vera: non est tamen infitiandum, si accuratius consideretur, dubitandi haud exiguum relinqu materialm. Nam primo permirum est, quod, quantum quidem adhuc compertum habemus, nullus veterum mentionem fecit tetralogiae, quae esset ex quattuor tragoediis composita. Cuiusmodi tetralogiae si usitatae fuerunt, credas aliquem tamen de ea re aliquid dicturum fuisse; sin autem inusitatae, multo minus intelligi potest, qui factum sit, ut, quod semel iterumve aliquis poeta fecisset, nemo tamquam novum quid et singulare adnotaverit. Deinde pene incredibile est, illum ipsum grammaticum, qui Alcestin quarto tetralogiae loco posuit, eamque fabulam propter rerum adversarum in secundas conversionem propius ad comediam accedere dixit, non id addidisse, ad quod ipse ille ordo ducebat, substitutam esse in locum satyrorum, sed satis habuisse afferre iudicium criticorum his verbis, quae

sunt in codd. Vaticano et Havniensi: παρὰ τοῖς χριτι-  
ζοῖς ἐκβάλλεται ὡς ἀνοίκεια τῆς τραγικῆς ποιήσεως ὅ-  
τε Ὁρέστης καὶ ἡ Ἀλκηστίς, ὡς ἐξ συμφορᾶς μὲν  
ἀρχόμενα, εἰς εὐδαιμονίαν δὲ καὶ χαρὰν λήξαντα, ἃ  
ἐστι μᾶλλον χωματίας ἔχόμενα. Sic haec scribenda  
sunt. In codd. istis est παρὰ τοῖς τραγικοῖς ἐκβάλλε-  
ται, quod C. Lachmannus teste Glumio p. 53. scriben-  
dum putabat παρὰ τοῖς χωμικοῖς διαβάλλεται. At ta-  
lia comici non perstringebant. Similia etiam in scholiis  
ad Orestis v. 1686. leguntur: τοῦτο τὸ δρᾶμα ἐξ τρα-  
γῳδικοῦ χωμικόν· ἐξ γὰρ συμφορῶν εἰς εὐθυμίαν  
κατήντησεν. ἡ κατάληξις τῆς τραγῳδίας ἡ εἰς θρῆ-  
νον ἡ εἰς πάθος καταλήγει, ἡ δὲ χωματία γέλωσι  
καὶ εὐφροσύναις ἐνύφανται. ὅθεν δρᾶται τόδε τὸ  
δρᾶμα χωμικῇ καταλήξει χρησάμενον· διαλλαγὴ γὰρ  
πρὸς Μενέλαον καὶ Ὁρέστην. ἄλλὰ καὶ ἐν Ἀλκήστιδι  
ἐξ συμφορῶν εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀναβίωσιν, καὶ  
ὅμοίως καὶ ἐν Τυροῖ Σοφοκλέους ἀναγνωρισμὸς κατὰ  
τὸ τέλος γίνεται, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν πολλὰ τοιαῦτα ἐν  
τῇ τραγῳδίᾳ εὑρίσκεται. Quorum pars legitur etiam  
in argumento codicis Guelferbytani. Critici igitur isti  
certe non dubitabant, quin et Euripides et Athenien-  
ses omnes utramque fabulam tragediam esse iudicave-  
rint. Quod si neque Alcestis non fuit tragedia, nec  
quattuor tragedias una comprehensas esse tetralogia  
veri simile est, haeremus, neque habemus quid dica-  
mus, sed aut acquiescere testimonio scholiastae Vati-  
cani, aut fidem eius in suspicionem trahere debemus.  
Ac veniat fortasse alicui in mentem, illarum unam fabu-  
larum, quae coniunctae cum Alcestide fuerunt, fuisse  
satyricam. Quamquam enim satyros ultimo loco nominari  
mos est, tamen quis contendat non aut per errorem mu-  
tari ordinem potuisse, aut consulto esse mutatum, quo-  
niam nominata Alcestide subiecturus erat scriptor ea verba,  
quae adiunxit isti nomini, τὸ δὲ δρᾶμα χωμικωτέραν

εγένετο τὴν οἰκαστροφήν? Nam illud ut nec veri simile  
 et intestatum praetereo, in ipsa commissione satyros  
 etiam alio quam ultimo loco datos esse, quum hodie ne  
 Welckerum quidem tenere opinionem credam, quam olim  
 in Appendice Trilogiae p. 279. protulit, satyros quodam  
 tempore ante tragedias esse in theatrum productos:  
 quod eum statuisse, quoniam non animadvertisset apud  
 Zenobium V. 40. ubi προεισάγειν legitur, scribendum  
 esse διὰ τοῦτο τὸν σατύρους ὕστερον ἔδοξεν αὐτοῖς  
 προεισάγειν, ἵνα μὴ δοκῶσιν ἐπιλανθάνεσθαι τοῦ  
 θεοῦ, indicavi in censura eius libri in diurnis litt. Li-  
 psiensibus a. 1827. n. 15. Quam vero ex illis tribus  
 fabulis putabimus fuisse satyricam? De Alcmaeone certe,  
 qui διὰ Φωφῆδος inscriptus fuit, et de Telepho non  
 dubitandum quin fuerint tragediae. Relinquuntur Cres-  
 sae, quas etsi neque alii non putarunt tragediam fuisse,  
 neque ego in satyricis numerandas censeo, tamen, quo-  
 niam id fortasse alicui dubium videri poterit, praeterea-  
 que erroris cuiusdam aperiendi causa, pauca de iis di-  
 cenda arbitror. Neque enim, ut Welckerus in illa Ap-  
 pendice p. 291. incredibiliter errare dixerim, si quis  
 fabulam quae a choro seminarum nomen habeat satyricam  
 putet esse potuisse: in qua opinione eo progressus est  
 Welckerus, ut p. 295. ne virilia quidem nomina plura-  
 lis numeri, qualia Argivi sint aut Achaei, imposita esse  
 satyris contenderet, tametsi ipse p. 311. Aeschyli fa-  
 bulam, quae Europa sive Cares dicta sit, satyricam fuisse  
 arbitratus est, satyros, ne secum pugnare videretur, fin-  
 gens Cares se esse simulasse. Nam etiam si statuamus  
 chorū in omnibus fabulis satyricis ex satyris fuisse  
 compositum, quid est cur non aliquando duos putemus  
 introductos esse choros, quum id in tragedia fecerit  
 Aeschylus, προπομποὺς addens choro Eumenidum? ant  
 quid cogit, si cui fabulae nomen inditum est numeri plu-  
 ralis, sive id virorum seu seminarum sit, eo nomine ut

chorus fabulae significetur, quum etiam in Heraclidis Euripidis non illi, a quibus nomen fabulae ductum est, sed cives Athenienses partibus fungantur chori? Nomen igitur Cressarum non prohibet de satyris cogitare. Atque in argumento quoque est, quod ab eo genere non abhorreat. Scholiastes Aristophanis ad Ranas v. 848. (873.) de Creticis monodiis: Ἀπολλώνιος δέ, ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Αερόπην τὴν ἐν ταῖς Κρήσσαις εἰρησθαι, ἦν εἰσήγαγε πορνεύουσαν. Legitur ibi ἐν τοῖς Κρήταις, quod emendavit Bentleius. Nam Sophoclis scholiastes ad Aiacem v. 1297. ἡ ἴστορία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου, ὅτι διαφθαρεῖσαν αὐτὴν λάθρᾳ ὑπὸ Θεράποντος ὁ πατὴρ Ναυπλίῳ παρέδωκεν ἐντελάμενος ἀποποντῶσαι· ὁ δὲ οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐνηγγύησε Πλεισθένει. Quis non videt aptissimum hoc satyrorum lasciviae argumentum fuisse, si Euripides Nauplium cum Aeropa quasque illa secum haberet Creticis mulieribus Naxi aliove loco satyris habitato appellantem fecisset? At ne id factum putemus monent fragmenta fabulae, quae non solum multo sententiosiorem orationem, quam quae satyris conveniat, produnt, sed etiam indicare videntur epulas Thyesteas in illa fabula esse tractatas. Quare quae de Aeropa et Nauplio scholiastae illi tradiderunt, non acta, sed narrata in Cressis esse existimandum est, eoque spectare hos versus apud Stobaeum CIX. 7.

λύπη μὲν ἄτῃ περιπεσεῖν αἰσχρῷ τινὶ·  
εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς  
κρύπτοντα, καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε·  
γέλως γὰρ ἔχθροῖς γίγνεται τὰ τοιάδε.

Quod si non dubitandum videtur quin etiam Cressae tragedia fuerint, illud tamen non ex omni parte verum esse videtur, quod Valckenarius in diatriba de fragm. Eurip. p. 12. scripsit: *Euripidis Atreo et Thyestae*

*quae tribuuntur, desumta videntur ex eius Cressis, quarum argumentum ante ignotum plerisque, certe Barnesio, primus patefecit vir in hoc quoque genere maximus, R. Bentleius in Epist. ad Io. Mill. p. 23, 24. vid. celeberr. P. Burmannum in Ovid. II. Trist. v. 391. Burmannus quidem honoris caussa, non quod aliquid ad rem illustrandam contulerit, nominatus est. Bentleius vero p. 471. ed. Lips. Cretenses et Cressas distingui debere monens, *illuc*, inquit, *Icarum cernis et Pasiphaen: in Cressis Aeropen, Atreum, Thyesten.* *Hic Argis Peloponnesi, illuc in Creta insula res agitur.* Non sane dixit haec Bentleius inconsiderate. Nam ad illud Aristophanis in Vespis v. 762.*

τοῦτο δὲ

*Ἄιδης διακρινεῖ πρότερον ἢ γὰρ πείσομαι,*

scholiastes adnotavit: *ἐν Κρήσσαις δὲ Ατρεὺς πρὸς τὴν Αερόπην.* Idem ad Acharn. 432. ubi de pannis Telephi dicit Euripides,

*ζεῖται δὲ ἄνωθεν τῶν Θυεστείων δακῶν,*

sic scripsit: *ἥτοι τὰ τῶν Κρησσῶν ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυεστοῦ.* Sed quod de Atreo et Thyesta tragoediis dicit Valckenarius, vereor ne, quod ad Thyesten attinet, minus circumspecte sit pronunciatum. Nam de Atreo quidem, quem neque scriptor ullus memoravit, neque index fabularum Euripidis habet, facile concedam confusum esse cum alia fabula ab Arriano, qui in diss. Epict. I. 28. scripsit: *καὶ ποία τραγῳδία ἄλλην ἀρχὴν ἔχει; Ατρεὺς Εὐριπίδου τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Οἰδίπονς Σοφοκλέους τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Φοίνιξ; τὸ φαινόμενον. Ἰππόλυτος; τὸ φαινόμενον.* At Thyestae nomen ab eodem Stobaeo, qui quinque ex Cressis fragmenta conservavit, duobus aliis fragmentis adscriptum est. Praeterea etiam in appendice codicis Florentini

apud Gaisfordium vol. IV. p. 11. legimus: *Εὐριπίδον Θυέστην*.

*οὐ πάποτ' ἔργου μᾶλλον εἰλόμην λόγους.*

Quod neglexit Mattheiae. Nec si puerorum mactatio argumentum praebuit Cressis, quidquam caussae est, ut exsilium Thyestae non fuerit alia tragoedia tractatum. Quare Thyestes non videtur ex numero tragoediarum Euripidis eximendus esse. Index fabularum, qui eo loco quo Thyestes nominari poterat mutilatus est, neutram in partem testis esse potest. Sed satis de his.

Dicendum nunc est de arte, qua usi sunt poetae in faciendis fabulis satyricis. Nam etsi Cyclops Euripidis unica nobis ex tot satyricis fabulis superest, tamen vel ex hoc carmine quaedam leges videntur cognosci posse, quas sibi in hoc genere scripserint poetae. Quum enim non in eo versaretur poesis satyrica, ut graves personas risui et contemptui exponeret, sed ut servata earum dignitate satyrorum petulans lascivia hilaritatem excitaret, consentaneum erat, ut sermo in universum idem esset qui in tragoedia, sed admitterentur etiam verba loquendique formae ex quotidiano usu petitae, numerique versuum aliquid de severitate legum quae tragoediis propriae sunt remitterent. Et duo quidem sunt, quae tragoedia adsperratur, longam in prima parte quinti trimetrorum pedis syllabam, quae aut finalis sit vocabuli plures syllabas habentis, aut sit in voce monosyllaba cum praecedentibus verbis magis quam cum sequentibus coniungenda, nisi paullo ante praegressa sit interpunctio; deinde anapaestum, qui non sit in nomine proprio. Neutrum alienum est a poesi satyrica: sed eam legem observatam esse ostendit Cyclops, ut tragicarum personarum oratio nihil ab severitate tragicorum numerorum discedat, quae autem satyri similesque satyrorum personae loquuntur, in iis et longae isti quinti pedis syllabae

et anapaesto locus concedatur. Itaque tales versus, qualis est 122.

*νουάδες· ἀζούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός,*

ab Sileno, a satyris, a Cyclope proferri videmus, non ab Ulixo. Vid. v. 334. 674. Non referam huc versum 445. quod in eo de scriptura dubitari potest, nec versum 684.

X. *ἐν δεξιᾷ σον.* K. *ποῦ;* X. *πρὸς αὐτῇ τῇ πέτρᾳ,* quem interpunctio usitatos in tragedia numeros habere ostendit: nec versum 306. qui Ulixis est,

*ἄλις δὲ Πριάμου γαῖα ἐχήρωστη Ελλάδα,*

in quo aliquid ad minuendam asperitatem elisio confert.

Anapaestum in primo pede trimetri etiam tragediam usurpare constat. Is pes eo loco frequentissimus est in Cyclope: atque in nomine proprio v. 25. 93. 102. 111. 125. 279. 283. 295. 441. in aliis vocabulis v. 196. 245. 251. 274. 289. 294. 302. 305. 308. 309. 388. 393. 449. 460. 539. 562. 565. 591. 602. 644. 692. tum etiam sic ut ex duabus vocibus constet, quod recentior fecit tragedia, v. 185. 231. 232. 450. 594. In medio versu autem in nomine proprio v. 179. 275. 585. 586. 594. Quae omnia quum etiam in tragedia ferantur, non minus in Ulixis quam in Sileni, satyrorum, Cyclopis verbis inveniantur. Illi vero anapaesti, qui medio in versu non sunt in nomine proprio, nusquam in Ulixis sermonibus admissi sunt, sed ab illis tantum personis usurpantur, quarum mores alieni sunt a tragica gravitate, v. 156. 234. 236. 244. 276. 549. 562. 564. 566. 570. 586. 592. 638. 647. 648. 686. Cernitur tamen in his quoque aliquod elegantiae studium: sunt enim hi anapaesti aut in uno vocabulo, aut, si in coniunctione duorum, in talibus, quae necessario cohaerent, ut v. 592.

*Ergo in primis Cyclope.*

μέμφει τὸν ἐραστὴν, κἀντροφῆς, πεπωκότα;  
**Tales** vero anapaesti, quales v. 337. et 346. legebantur,  
 ἀγὼ οὐ τινὶ θύῳ πλὴν ἐμοί, θεοῖσι δὲ οὐ·  
 πῦρ καὶ πατρῶον τόνδε λέβητά γε, ὃς ζέσσες,  
 non erant ferendi. In Ulixis sermonibus unum modo  
 libri habent anapaestum v. 262.  
 ἐπεὶ κατελήφθη σοῦ λάθρᾳ πωλᾶν τὰ σά,  
 quem removendum esse non fuit dubitandum, removerat-  
 que iam Heathius non male, sed tamen ut alia videre-  
 tur eaque probabilior ratio posse inveniri.

ΧΠΟΘΕΣΙΣ.

**EΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΥΚΛΩΨ.**

Επόμενος, αλλα δοτε εγρας την παν καρδιαν και  
την πατεραν, θυμωνεις δι την οικουμενην Ορει  
την απο την την ιδιαν ισχυρισιν. ἦ Σειρηνος  
την παντανακανην παντακανην ιησοι, τον

ΕΚΠΛΙΔΟΥ ΚΑΚΩΦ

Universitätsbibliothek

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Οδυσσεὺς ἀναχθεὶς ἐξ Ἰλίου εἰς Σικελίαν ἀπεδόρη,  
ἐνθα δὲ Πολύφημος· εὑρὼν δὲ δουλεύοντας ἐκεῖ τοὺς  
Σατύρους, οἶνον δοὺς ἄρνας ἡμελλε λαμβάνειν καὶ  
γάλα παρ' αὐτῶν. ἐπιφανεὶς δὲ δὲ Πολύφημος ζητεῖ  
τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ιδίων ἐκφορήσεως. δέ Σειληνὸς  
δὲ τὸν σένον ληστεύοντα καταλαβεῖν φησί. \*\*\*

ΖΙΣΘΟΠΗ  
ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

---

φρέσκων νοτίων, εἰς τοις ἐν σεβασμῷ πάντων. Ο  
εποτέ μὲν διατηθεῖσαν τὸν κύριον, συντρόπον τὸν αὐτοῦ  
τοὺς μανῆς, τοὺς διατηθεῖσαν τὸν κοινόν, προστάτε  
**ΣΕΙΛΗΝΟΣ.** τοὺς διατηθεῖσαν τὸν κοινόν, προστάτε  
**ΧΟΡΟΣ ΣΑΤΥΡΩΝ.** τοὺς διατηθεῖσαν τὸν μάλιον  
**ΟΔΥΣΣΕΥΣ.** τοὺς διατηθεῖσαν τὸν μάλιον πάντων  
**ΚΥΚΛΩΨ.**

---

## EYRIPPILOU KYKΛΩΨ.

### ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

Ω Βρόμιε, διὰ σὲ μνοίους ἔχω πόνους  
νῦν χῶτ' ἐν ἥβῃ τοῦμὸν εὐσθένει δέμας.  
πρῶτον μὲν ἡνίκ' ἐμμανὴς Ἡρας ὑπο  
Νύμφας δρείας ἐκλιπὼν φέρει τροφούς.  
ἔπειθ' ὅτ' ἀμφὶ γηγενῆ μάχην δορὸς 5  
ἐνδέξιος σῷ ποδὶ παρασπίστης γεγὼς  
Ἐγκέλαδον ἵτεαν μέσην θενῶν δορὶ<sup>ν</sup>  
ἔκτεινα. φέρει τοῦτ' ἴδων ὅναρ λέγω;  
οὐ μὰ Διῖ, ἐπεὶ καὶ σκῦλ' ἐδειξα Βαζχίφ.  
καὶ νῦν ἐκείνων μεῖζον' ἔξαντλῶ πόνον. 10  
ἐπεὶ γὰρ Ἡρα σοι γένος Τυρσηνικὸν  
ληστῶν ἐπωρσεν, ὡς ὁδηθείης μακράν,

3. Ios. Scaliger scribendum putabat ἐκμανεῖς.

5. Legebatur ἔπειτα γ'. Id Fr. Frankius ita defendere co-  
natus est, ut γὲ adeo significaret. Heathum scribentem ἔπειτα  
δ' alii sequuti sunt. Praegressa consideranti non poterit dubium  
esse quin Euripides ἔπειθ' ὅτε scripserit.

7. Libri veteres ἵτεαν εἰς μέσην θένων. Eiſ Elmsleius sus-  
tulit in Diar. class. fasc. XVI. p. 431. et ad Oed. R. 808.  
scripsitque θενῶν monitu Blomfieldii in gloss. Sept. ad Theb.  
v. 378. de quo dixit ad Heracl. 272. Rem, quae hic tangitur,  
fabulis satyricis tractatam esse monuit Welckerus in Appendice  
Trilogiae p. 297. seq.

12. Hesychius: ὁδηθείης. ληφθείης, πραθείης. Photio teste  
in Cyclope et in Alopa hoc verbo usum testatur Euripidem. At-  
que Alope quoque satyrica visa est Blomfieldio in gloss. Choeph.  
ad v. 122. et Pflugkio in Diurn. scholast. a. 1831. II. n. 3.

ἐγὼ πυθόμενος σὺν τέκνοισι ναυστολῶ  
σέθεν κατὰ ζήτησιν· ἐν πρύμνῃ δὲ ἄκρᾳ  
**15** αὐτὸς λαχὼν εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ,  
παιδές τούτων ἐρετμοῖς ἥμενοι, γλαυκὴν ἄλα  
φοθίοισι λευκαίνοντες, ἐξήτουν σ', ἄναξ.  
ηδη δὲ Μαλέας πλησίον πεπλευκότας  
ἀπηλιώτης ἄνεμος ἐμπνεύσας δορὶ<sup>ν</sup>  
**20** ἔξεβαλεν ἡμᾶς τίνδεντος Αἰτναίαν πέτραν,  
ἵντος οἱ μένωπες ποντίου παιδες θεοῦ  
Κύκλωπες οἰκοῦσσες ἄντρος ἔρημος ἀνδροκτόνοι.  
τούτων ἐνδεικτές ἐσμένεν ἐν δόμοις  
δοῦλοι· καλοῦσι δὲ αὐτὸν φῶ λατρεύομεν  
**25** Πολύφημον. ἀντὶ δὲ εὐίων βαζευμάτων  
ποίμνας Κύκλωπος ἀνοσίου ποιμαίνομεν.  
παιδες μὲν οὖμοὶ κλιτύων ἐν ἐσχάτοις

---

**15.** Libri λαβὼν, εὔθυνον. Non opus erat ut Blomfieldius in glossario Persarum ad v. 417. Εὔθυνον scribi vellet. Pro λαβὼν autem verissime Scaliger λαχὼν. Nam δόρυ ne quis cum Heathio, cui assensus est Matthiae, contum esse putet, prohibet adiectum ἀμφῆρες.

**16.** In libris haec sic scripta sunt: παιδές τούτων ἐρετμοῖς ἥμενοι, γλαυκὴν ἄλα φοθίοισι λευκαίνοντες, ἐξήτουν σ', ἄναξ. Recte monuit Frankius non dici ἐρετμοῖς ἥσθαι. Quumque etiam φοθίοις λευκαίνειν ἄλα non ferendum censeret, sublata interpunctione iunxit ἐρετμοῖς φοθίοισι λευκαίνοντες, comparans Homeri versum Odyss. XII. 180.

αὐτοὶ δὲ ἐξόμενοι πολιὴν ἄλα τύπτον ἐρετμοῖς.

Posse ista coniungi quis neget? Tamen non credo ita scrisisse Euripidem. Nam non solum displicere debuit tam longe remotum a substantivo suo adiectivum, sed ne ἥμενοι quidem apte dictum est, quum se stetisse Silenus non dixerit. Apud Homerum recte socii Ulixis ἐξόμενοι dicti, quod ipse ὁ φάρος ἐν ἵστοπέδῃ stabat. Permiram foret, ni scrisisset Euripides παιδές τούτων ἐρετμοῖς ἥμενοι. Id igitur reposui. Sie etiam Seidlerus. In φοθίοισι non erat quod offenderet Frankius, quum eo verbo, ut ipse Eustathio auctore ostendit, etiam ἡ σύντονος εἰρεσία significetur.

**27.** Edd. vett. παιδες μὲν οὖν μοι Κλυτίων. Quod a viris doctis repositum est κλιτύων, habent eodd. Florentini et Vict. Οὖν μοι recte Scaliger in οὖμοὶ mutandum censuit. Nam quum

*νέμονσι μῆλα, νεανίαι πεφυκότες,  
ἐγὼ δὲ πληροῦν πῖστρα καὶ σαίρειν στέγας  
μένων τέταγμαι τάσδε, τῷ τε δυσσεβεῖ* 30  
*Κύκλωπι δείπνων ἀνοσίων διάκονος.*

*καὶ νῦν τὰ προσταχθέντα ἀναγκαίως ἔχει  
σαίρειν σιδηρᾶ τῇδε μὲν ἀρπάγη δόμους,  
ὡς τὸν τὸν ἀπόντα δεσπότην Κύκλωπα ἐμὸν  
καθαροῖσιν ἄντροις μῆλά τούς εἰσδεχώμεθα.* 35  
*ἢδη δὲ παῖδας προσνέμοντας εἰσορῶ  
ποίμνας. τί ταῦτα; μῶν κρότος σικιννίδων  
ὅμοιος ὑμῖν νῦν τε χάτε Βαζχίῳ*

quid universe designatum deinde per partes explicatur, *μέν*, non *μὲν οὖν*, iusta particula est.

28. Piersonum, qui in Verisim. p. 142. quod in libris est *νέμονσι μῆλα νέα, νέοι πεφυκότες*, scribi iussit *νέμονσι μῆλα, νεανίαι πεφυκότες*, sequuti sunt novissimi editores. Librorum scripturam defendere studuit Frankius eo, quod Silenus suam aetatem cum aetate filiorum et quas illi pascebant ovium comparet. Mihi hoc argutius quam verius videtur.

30. Non animadvertisit Piersonus, quum *μένων* insulsum et omni sensu vacuum esse dixit, pro eoque scribi γέρων voluit, propter id ipsum, quod senex sit, manere se dicere Silenus. Et senem esse ipsi videbant spectatores. Edd. vett. *τῷδε δυσσεβεῖ*, quod miror defensum ivisse Frankium. Rectissime Vict. *τῷ τε*, quod merito receperunt novissimi editores. Duplex munus suum esse dicit Silenus, unum ut alveos impletat, ad quos potum agantur oves, verratque antrum, alterum ut coenam apparel Cyclopi.

33. Edd. vett. *ἀρπάγη*. Vict. *ἀρπάγη*. Iam Io. Miltonus *ἀρπάγη* scribendum viderat. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 446, 10. *ἀρπάγη*. *ὁξυτόνως ή ἀρπάγη*. *τὸ δὲ σκεῦος βαρυτόνως, ἵν, η ὄνομα*.

37. Florentini *σικινίδων*. Praevalet geminatio litterae.

38. Ald. *ἡμῖν*. Quae sequutae sunt, *ὑμῖν*, ut Florentini et Vict.

39. Libri *κῶμοι*. Porsonus in Adv. 268. *κώμω*, quod receperunt recentiores. Praferendum duxi, quod Bothius proposuit, *κώμοις*. Respici rem fabulis satyricis tractatam, monuit Welckerus in Appendice Trilogiae p. 298. Hyginus fab. 129. *Liber quum ad Oeneum Parthaonis filium in hospitium venisset, Althaeam, Thestii filiam, uxorem Oenei, adamavit. Quod Oeneus ut sensit, voluntate sua ex urbe excessit, simulatque se sacra facere.*

κώμοις συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους  
40 προσῆτ' ἀδιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι;

## ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

πᾶ μοι, γέννα γενναιῶν πατέρων,  
γενναιῶν τὸ ἐκ τοκάδων,  
πᾶ δὴ μοι νίσσει σκοπέλους;  
οὐ τῷδ' ὑπήνεμος αὔρα  
45 καὶ ποιηὸν βοτάνα,  
δινᾶεν θὸν ὑδωρ ποταμῶν  
ἐν πίστραις κεῖται πέλας ἄν-  
τρων, οὗ σοι βλαχαὶ τεκέων;  
ψύττα, τάδ' οὐ σύ γ', οὐ τάδε νεμεῖ,

*At Liber cum Althaea concubuit, ex qua nata est Deianira. Oeneo autem ob hospitium liberale muneri vitem dedit, monstravitque quomodo sereret: fructumque eius ex nomine hospitis oenos ut vocaretur instituit. Quod autem Welckerus de Sophoclis fabula satyrica scribit, quae Κῶμος dicta fuerit, vereor ne vanum sit. Brunckius in Lex. Sangerm. in ἄρπην legerat ἐν Κῶμῳ: sed Bekkerus in Anecd. non p. 27. ut ait Welckerus, sed p. 446, 12. et Bachmannus I. p. 145, 18. habent ἐν Νόμῳ. Μῶμος ea fabula vocabatur: quam ab scholiasta Veneto Aristophanis ad Pacis v. 353. perperam Achaeo tribui, ex Choerobosco in Bekkeri Anecd. p. 1364. intelligitur.*

40. Edd. vett. προσῆτ'. Correctum iam in Barnesiana.  
 41. Libri: πᾶ δὴ μοι γενναιῶν μὲν πατέρων, γενναιῶν τὸ  
ἐκ τοκάδων; Numeri pravi. Scribendum erat: πᾶ μοι, γέννα γεν-  
ναιῶν πατέρων, γενναιῶν τὸ ἐκ τοκάδων. Δ' ἐν L. Dindorfius.  
Vid. Fritzschius ad Aristoph. Thesmophor. p. 131.  
 43. Florentini νίση. Ald. et edd. vett. νίση.  
 44. Edd. vett. οὐ τῷδ' ὑπήνεμος αὔρα. Scaliger τῷδ'. Et  
sic Par. E. G. Florentini, Vict.  
 46. Edd. vett. δινῶεν. Par. G. Flor. 1. 2. Vict. δινᾶεν.  
 47. Boissonadus πίστραις scribendum putabat.  
 48. Libri οὗ σοι. Merito Bothius recepit emendationem Ca-  
sauboni de satyr. poesi I. 6. p. 169. οὗ σοι. Neque animadver-  
sum erat, post τεκέων signum interrogandi ponendum esse.  
 49. Libri: ψύττα. οὐ τάδ' οὐ, οὐ τάδε νέμη, praeter Vict.

οὐδ' αὖ κλιτὺν δροσεράν;  
 ὡή, ὡή, ὁ κεράστας,  
 ἥ δίψω πέτρον τάχα σού,  
 ὡή, ὑπαγ<sup>τ</sup> ὠ, ὑπαγ<sup>τ</sup> ὠ,  
 τοῦ μηλοβότα στασιωρὸς  
 Κύκλωπος ἀγροβάτα.

50

55

ἀντιστροφή.  
 σπαργῶντάς μοι σοὺς μαστοὺς χάλασον·  
 δέξαι θηλαῖς σποράδων  
 ἃς λείπεις ἀρνῶν θαλάμοις.  
 ποθοῦσί σ' ἀμερόζοιτοι  
 βλαχαὶ σμικρῶν τεκέων.

60

qui habet οὐ τᾶδ' οὕ, οὐ τᾶδε. Scribendum erat: ψύττα, τάδ'  
 οὐ σύ γ', οὐ τάδε νεμεῖ. Άε νεμεῖ iam Matthiae.

50. Libri οὗτ' οὖν, praeter Par. G. in quo est οὗτ' αὖ,  
 quod Matthiae aliique receperunt. Id vero οὐδ' αὖ scribendum  
 erat. Dein Florentinorum error est κλιτήν.

51. Libri: ὡή. δίψω πέτρον τάχα σου· ὑπάγω, ὑπάγω κε-  
 ράστα, μηλοβότα στασίωρον. Κύκλωπος ἀγροβάτα. Nihil variatur,  
 nisi quod Flor. I. δίψων habet, a Stephano autem acceptum est  
 ὑπαγ<sup>τ</sup> ὠ, ὑπαγ<sup>τ</sup> ὠ. Nemo non videt haec valde perturbata esse.  
 Scribenda sunt hoc modo: ὡή, ὡή, ὁ κεράστας, ἥ δίψω πέτρον  
 τάχα σού, ὡή, ὑπαγ<sup>τ</sup> ὠ, ὑπαγ<sup>τ</sup> ὠ, τοῦ μηλοβότα στασιωρὸς Κύ-  
 κλωπος ἀγροβάτα. Non dixisset Matthiae corruptam vocem esse  
 στασίωρον, sed scripsisset mutato accentu στασιωρός, si cogitasset  
 iuberi arietem manere ad antrum Cyclopis.

56. Edd. σπαργῶντάς μοι τοὺς μαστοὺς χάλασον. Flor. 2.  
 omittit μοι τοὺς, quae in Flor. ab alia manu addita sunt. Scri-  
 bendum erat σοὺς μαστούς. Homerus Od. IX. 440.

Θήλειαι δ' ἐμέμηκον ἀνήμελκτοι περὶ σηκούς·  
 οὕθατα γὰρ σφαραγεῦντο.

57. Libri: δέξαι θηλαῖς σπορὰς, ἃς λείπεις ἀρνῶν θαλά-  
 μοις, sententia bona, sed violato metro. Neque enim in his nu-  
 meris, ut Bothio visum, choriambo diiambus substitui potest. Po-  
 terat poeta γονὰς scribere, cuius vocis tamen nemo σπορὰς inter-  
 pretationem esse credit. Quare scripsi δέξαι θηλαῖς σποράδων ἃς  
 λείπεις ἀρνῶν θαλάμοις. Ex dispersis per ovile agnis suam cuique  
 matri prolem lactandam dicit. Non recte Barnesius θαλάμαις scri-  
 bendum putabat, nisi quis id de cavernis in antro dictum censeat.

εἰς αὐλάν ποτ', ἀμφιθαλεῖς  
 ποιησοὺς λείπουσα νομούς,  
 Αἴτναιών εἰσεῖ σκοπέλων;  
 οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροί,  
 65      Βάκχαι τε Θυρσοφόροι,  
 οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοί,  
 οὐκ οἴνον χλωραὶ σταγόνες  
 κορηταῖσι παρ' ὑδροχύτοις,  
 οὐ Νῦσά τε καὶ μετὰ νυμφᾶν  
 70      \* \* \* \* \* \* \*  
 ἐπωδός.  
 Ἱακχον, Ἱακχον ὠδὰν  
 μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν,

61. Ald. εἰς αὐλάν ποτ' ἀμφιβάλεις ποιησοὺς λειποῦσα νομούς, αἴτναιών εἴσω σκοπέλων. Flor. 1. ἀμφιβάλον. Brub. Herv. ἀμφιβάλεις. Canterus ἀμφιβάλεις et λιποῦσα. Flor. 2. Vict. λιποῦσα, supra scripto ει, quod in Vict. ab alia manu est. Frustra illud ἀμφιβάλεις quidam coniecturis vexarunt, Frankius autem defendere studuit. Non est hic verbo quo sententia regatur opus, sed una littera mutata scribendum erat ἀμφιθαλεῖς, ab Seidlero quoque repertum, servandumque λείπουσα. L. Dindorfius scripsit νομάς.

63. Libri εἴσω. Emendavit Seidlerus.

64. Vict. bis τῆδε.

66. Libri: οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοὶ, κορήναισι παρ' ὑδροχύτοις. οὐκ οἴνον χλωραὶ σταγόνες. οὐ νύσσα μετὰ νυμφᾶν. Nec sententia in his, nec metra recte se habent. Nam nec fontes aquae cum strepitu tympanorum, sed cum scaturiente vino coniungendi erant, nec σταγόνες recte positum sequente vocali. Utrique vitio medendum erat transponendis versibus.

69. Edd. vett. οὐ νύσσα μετὰ νυμφᾶν. Recentiores Νύσσα scripserunt. At Νύσσα dicitur tragicis. Sophocles apud Strabonem XV. p. 687.

ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην  
 βροτοῖσι κλεινὴν Νύσσαν, ἦν δὲ βούκερως  
 Ἱακχος αὐτῷ μαῖαν ἥδιστην νέμει.

Excidit ultimus strophae versus: quo factum ut omitterentur in eo qui praecedit versu voculae iam inutiles. Nam hic videtur finis fuisse antistrophae:

οὐ Νύσσα τε καὶ μετὰ νυμφᾶν  
 χορεύματ', ἐννύχια.

ἀν θηρεύων πετόμαν  
Βάκχαις σὺν λευκόποσιν.  
ὦ φίλος, ὦ φίλε Βάκχειε, ποῖ οἰοπολεῖσι  
ξανθὸν χαίταν σείων;  
ἐγὼ δ' ὁ σὸς πρόπολος  
θητεύω

Κύκλῳ τῷ μονοδέοκτᾳ  
δοῦλος ἀλαίνων σὺν τῷδε τράγου  
χλαίνα μελέα  
σᾶς χωρὶς φιλίας.

### ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

σιγήσατ', ἀ τέκν', ἄντρα δ' εἰς πετρηρεφῆ  
ποίμνας ἀθροῖσαι προσπόλοις κελεύσατε. 85

### ΧΟΡΟΣ.

χωρεῖτ'. ἀτὰρ δὴ τίνα, πάτερ, σπουδὴν ἔχεις;

### ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

δοῶ πρὸς ἀκταῖς ναὸς Ἑλλάδος σκάφος,  
κώπης τὸ ἄνακτας σὺν στρατηλάτῃ τινὶ<sup>τινὶ</sup>  
στείχοντας εἰς τόδ' ἄντρον, ἀμφὶ δὲ αὐχέσιν.  
τεύχη φέρονται κενά, βορᾶς κεχρημένοι,  
κρωσσούς θ' ὑδρηλούς. ὦ ταλαιπωροι ξένοι. 90  
τίνες πότ' εἰσίν; οὐκ ἵσασι δεσπότην

75. Libri *Bacchiae*. Matthiae scripsit *Bacchiae*, quem alii sequuti sunt. Recte Frankius servata librorum scriptura duos eadem mensura versus faciendos censuit.

77. Edd. *σείων*. Flor. 1. *σείεις*. Sic etiam Flor. 2. Viet. sed ab alia manu supra scriptum habentes *ων*.

83. Nescio an hic versus paroemiacus fuerit, sic scriptus, μέλεος, χωρὶς φιλίας σᾶς.

90. Libri: τεύχη φέροντας κενά, βορᾶς κεχρημένοι. Cante-  
rus κεχρημένοις. Elmsleius ad Heraclid. 801. τεύχη φέρονται  
κενά, βορᾶς κεχρημένοι, quod elegantius est.

*Πολύφημον οἰός ἐστιν, ἀξενον στέγην  
τήνδ' ἐμβεβῶτες καὶ Κυκλωπίαν γνάθον  
95 τὴν ἀνδροβρῶτα δυστυχῶς ἀφιγμένοι.  
ἀλλ' ἡσυχοι γίγνεσθ', οὐ' ἐκπυθώμεθα  
πόθεν πάρεισι Σικελὸν Αἴτναιον πάγον.*

### OΛΥΣΣΕΥΣ.

*ξένοι, φράσαιτ' ἀν νῦμα ποτάμιον πόθεν  
δίψης ἄκος λάβοιμεν; εὔτε τις θέλει  
100 βορὰν ὁδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις;  
τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν.  
Σατύρων πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰσορῶ.  
ζαίρειν προσεῖπα πρῶτα τὸν γεραίτατον.*

### ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

*χαῖρ', ω̄ ξέν', δεστις δ' εἰ φράσον, πάτραν τε σήν.*

### OΛΥΣΣΕΥΣ.

*105' Ιθακος Ὀδυσσεύς, γῆς Κεφαλλήνων ἀναξ.*

95. Libri τήνδ' ἀνδροβρῶτα, nisi quod Florentini et Viet. ἀνδροβρῶτα. Reete vero Bothius τὴν.

96. Blomfieldius ad Aeschyli Pers. 176. dubitabat an γίγνεσθε in γενέσθε mutandum esset.

99. Idem ad eiusdem fabulae v. 490. utrum δίψης an δίψους praestet ambigit.

100. Photius p. 315, 13. ὁδῆσαι. τὸ ὠνήσασθαι. Εὐοιπίδης Ἀλόπη καὶ Κύκλωπι. Hesychius: ὁδῆσαι. πρίασθαι, ἀποδόσθαι, ὠνήσασθαι.

101. Temere Aldinae Herv. 1. et codicum Flor. ac Viet. scriptura ἔοιγμεν in Herv. 2. Brub. Cant. aliisque in ἔοικαμεν mutata.

102. In edd. vett. sic interpunctum: Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν, σατύρων πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰσορῶ. A Cantero autem haec profecta est interpunctio: Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν. σατύρων πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰσορῶ. Exspectet quis fortasse potius πρὸς ἄντροις τοῖςδ'. Ego quidem vereor ne σατύρων interpretis sit, Euripides autem scripsit: Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν, οἶον πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰσορῶ.

**ΣΕΙΛΗΝΟΣ.**

οῖδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφου γένος.<sup>επίσημος</sup>

**ΟΔΥΣΣΕΥΣ.**

ἐκεῖνος οὗτός εἰμι· λοιδόρει δὲ μή.

**ΣΕΙΛΗΝΟΣ.**

πόθεν Σικελίαν τήνδε ναυστολῶν πάρει;

**ΟΔΥΣΣΕΥΣ.**

Ἐξ Ἰλίου τε καπὸ Τρωϊκῶν πόνων.

**ΣΕΙΛΗΝΟΣ.**

πᾶς; πορθμὸν οὐκ ἥδεισθα πατρώας χθονός; 110

**ΟΔΥΣΣΕΥΣ.**

ἀνέμων Θύελλαι δεῦρο μ' ἔρπασαν βίᾳ.

**ΣΕΙΛΗΝΟΣ.**

παπᾶ· τὸν αὐτὸν δαίμον' ἔξαντλεῖς ἐμοί.

**ΟΔΥΣΣΕΥΣ.**

ἥ καὶ σὺ δεῦρο πρὸς βίαν ἀπεστάλης;

**ΣΕΙΛΗΝΟΣ.**

ληστὰς διώκων, οἱ Βρόμιον ἀνήρπασαν.

**ΟΔΥΣΣΕΥΣ.**

τίς δ' ἔδε χώρα, καὶ τίνες ναίουσίν; 115

106. Eustathius p. 1455, 34. Εὔριπίδης γὰρ ἐπὶ συνετοῦ εἶρηκε τὸ δριμὺ, ὡς λέγει Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός.

109. Legebatur ἐξ Ἰλίου γε, quod miror servatum ab novissimis editoribus.

110. Libri ἥδεισθα, non ἥδησθα. De his formis dixerunt Lobeckius ad Phryn. p. 237. Winckelmannus ad Platon. Euthyd. p. 30. Moeridis novissimus editor p. 126.

112. Legebatur παπᾶι ante L. Dindorfium.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

*Αἰτναιος ὅχθος Σικελίας ὑπέρτατος.*

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

*τείχη δὲ ποῦ σπι καὶ πόλεως πυργώματα;*

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

*οὐκ εἴσο· ἔρημοι πρῶνες ἀνθρώπων, ξένε.*

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

*τίνες δ' ἔχουσι γαῖαν; ἢ θηρῶν γένος;*

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

**120** *Κύκλωπες, ἄντορ' ἔχοντες, οὐ στέγας δόμων.*

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

*τίνος κλύοντες; ἢ δεδήμενται κράτος;*

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

*νομάδες· ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.*

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

*σπείρονται δ', ἢ τῷ ζῶσι, Δῆμητρος στάχυν;*

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

*γάλακτι καὶ τυροῖσι καὶ μήλων βορᾶ.*

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

**125** *Βρομίον δὲ πῶμ' ἔχοντιν, ἀμπέλον φοάς;*

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

*ῆκιστα· τοιγὰρ ἄχορον οἰκοῦσι χθόνα.*

**122.** Iure vituperavit Matthiae Porsonum, qui in praef. Hecuba p. 34. οὐδ' εν' οὐδ' εἰς οὐδ' ενὸς scribi voluerit. Satyrici numeri propiores sunt comicis, et ad sententiam inepta est ista scriptura.

**125.** Libri φοᾶς. Reiskius et Tyrwhittus φοᾶς, quos sequuti sunt alii.

**126.** Par. E. G. Flor. I. 2. Viet. ἄχορον, sed in Parisi-

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

φιλόξενοι δὲ χῶσιοι περὶ ξένους;

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

γλυκύτατά φασι τὰ κρέα τοὺς ξένους φορεῖν.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί φῆς; βορᾶς χαιρούσιν ἀνθρωποκτόνῳ;

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐδεὶς μολὼν δεῦρος, ὅστις οὐ κατεσφάγη.

\* \* \*

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

αὐτὸς δὲ Κύκλωψ ποῦ στιν; ἢ δόμων ἔσω;

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

φροῦρος πρὸς Αἴτνῃ, θῆρας ἵχνεύων κυσίν.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οἶσθ' οὖν δὲ δράσεις, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός;

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐκ οἶδ', Οδυσσεῦ· πᾶν δέ σοι δρώημεν ἄν.

nis et Vict. supra scriptum, quod in impressis est, ἄχαρι. Matthiae placere sibi dixit ἄχορον, ut Sileni personae accommodatum. Idque Seidlerus quoque praeferendum censuit. Ac sane si ἄχορος est regio, sponte sequitur ut sit ἄχαρις.

131. Ante hunc versum lacunae signa posui. Nam quum credi non possit, tam negligentem fuisse Euripidem, ut Ulixem de illo Cyclope, de quo nondum quidquam cognoverat, quaerentem faceret, aliquot versus interisse necesse est, quibus ad Polyphemum deductum fuerit diverbum.

133. Canterus scribi volebat οἶσθ' οὖν δὲ δράσον, videturque id probasse Elmsleius, quantum ex eius adnotatione ad Medeae v. 587. colligi potest. Non persuasisse eum mihi ad eundem locum significavi, in eademque sententia fuit Matthiae ad illum versum, qui ei est 597.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

**135** ὅδησον ἡμῖν σῖτον, οὐ σπανίζομεν.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐκ ἔστιν, ὥσπερ εἰπον, ἄλλο πλὴν χρέας.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄλλο τὸδὲ λιμοῦ καὶ τόδε σχετήριον.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

καὶ τυρὸς ὄπιας ἔστι καὶ βοὸς γάλα.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐκφέρετε· φῶς γὰρ ἐμπολήμασιν πρέπει.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

**140** σὺ δὲ ἀντιδώσεις, εἰπέ μοι, χρυσὸν πόσον;

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐ χρυσόν, ἀλλὰ πῶμα Διονύσου φέρω.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ὦ φίλτατ' εἰπών, οὐ σπανίζομεν πάλαι.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ μὴν Μάρων μοι πῶμα ἔδωκε, παῖς θεοῦ.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

δν ἐξέθρεψα παῖδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις;

**138.** Affert hunc versum Athenaeus XIV. p. 658. C. ex eoque Eustathius p. 1485, 30. apud quos Διὸς γάλα legitur. Appellari ὄπιαν dicit Athenaeus τυρὸν τὸν δριμύν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὄπῳ.

**139.** Vulgo ἐμπολήμασι. Litteram addidit Matthiae.

**144.** Edd. δν ἐξέθρεψα παῖδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις; Vir doctus apud Musgravium coniiciebat ταῖςδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις, idque inventum est in Flor. I. 2. In Par. G. est ταῖδ'. Praferam ego quidem impressorum scripturam.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

δ Βαζίου παις, ὡς σαφέστερον μάθης.

145

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ἐν σέλμασιν νεώς ἐστιν, ἢ φέρεις σύ νιν;

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὅδ' ἀσκὸς ὃς κεύθει νιν, ὡς ὁρᾶς, γέρον.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὗτος μὲν οὐδ' ἀν τὴν γνάθον πλήσειέ μου.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ δὶς τόσον πῶμ' ὅσον ἀν ἔξ ἀσκοῦ δυῆ.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

καλήν γε κοίνην εἶπας, ἥδειάν τ' ἐμοί.

150

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ;

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

δίκαιον· ἢ γὰρ γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ.

**147.** In Aldina quum sic interpunctum esset, ὅδ' ἀσκός· ὃς κεύθει νιν ὡς ὁρᾶς γέρον, virgula post ἀσκός posita est in proximis edd. Ne quis perperam dictum putet ὡς ὁρᾶς, quia quid sit in utre videre Silenus non potest, tenendum est, ὡς ὁρᾶς non ad ὃς κεύθει νιν, sed ad ὅδ' ἀσκός referendum esse: *hic, ut vides, utrem habeo, qui vinum continet.* Mallem tamen scriptum esse ὅδ' ἀσκός, ὃς κεύθει νιν, ὅνπερ εἰζορᾶς.

**149.** Ald. ναι· δὶς τόσον πῶμ'. Post eam omissa ista distinctio. Recte vero Boissonadus coniecit καὶ scribendum esse. Nam etiam maiorem copiam vini se habere dicit Ulixes: id quod confirmatur iis, quae respondet Silenus.

**150.** Edd. vett. καλήν γε κοίνην εἶπας ἥδειάν γ' ἐμοί. Parum accurate Mattheiae scripsit, ex Par. E. G. Musgravium recepisse ἥδειαν δ' ἐμοί. Iam Canterus id reposuerat, servatumque est deinceps ab editoribus. Sed Boissonadus edidit καλήν τε κοίνην εἶπας ἥδειάν τ' ἐμοί.

EURIPIDIS Cyclops.

2

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ μὴν ἐφέλκω καὶ ποτῷροῦ ἀσκοῦ μέτα.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

φέροντες γενάναξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

155 ιδού.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

παπαιάξ, γεῦσιν ὡς καλὴν ἔχει.

**154.** Libri φέροντες γενάναξον, quod explicare studebat Casaubonus de sat. poes. I. 6. p. 166. Musgravius ἐκκάναξον coniciebat, quod recepit Matthiae, sed in adnotatione, quoniam ἐκκάναξαι sit *ebibere*, ἐγκάναξαι autem *infundere*, praferendum iudicavit Piersoni conjecturam in Veris. p. 143. ἐγκάναξον. De utroque verbo dixerunt Kusterus ad Aristoph. Eq. 105. et Hemssterhusius ad Pollucem X. 85. Iubet autem sibi infundi largiter, ut meminisse possit, neque obliviscatur se bibisse.

**155.** Libri ὡς καλὴν ὄσμὴν ἔχει. Reiskius, quia Ulixes respondet εἶδες γὰρ αὐτήν; scribendum putabat ὡς καλὴν μορφὴν ἔχει. At ita si Ulixes inepte dicto liberatur, bis inepte loquentem habemus Silenum, qui et formam vino tribuat, et eam formam se olfacere dicat. Itaque alii, ut Bothius, et, qui fuse de hoc loco disputavit, Frankius frigide inepteque iocari Ulixem existimarent. Profecto ineptissime iocantem fecisset Euripides, si ei propterea quaestionem istam tribuisse, quod Silenus ὄσμὴν vocasset καλήν. Apposite Frankius Theocriteum illud I. 149. comparavit, Θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει, monuitque non esse id imitatione Euripidis dictum. Non Euripides peccavit, sed librarius, qui interpretationem pro genuino vocabulo posuit. Neque enim dubitandum videtur quin Euripides scripserit: γεῦσιν ὡς καλὴν ἔχει. Id scriptum fuisse ab Euripide, eiusque vocabuli interpretationem esse ὄσμήν, apparent ex his Antiatticistae verbis in Bekkeri Anecd. p. 87, 31. γεύεσθαι. οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἐσθίειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ὄσφραίνεσθαι, ὡς ἐν τῷ βίῳ γεύεσθαι μύρων. Εὐριπίδης Κύκλωπι. Aliquoties γεύειν et γεύεσθαι in Cyclope dixit Euripides, sed nusquam de olfaciendo: ut hic tantum versus, quo id fecerit, sit relictus. Apertum est autem, si Silenus nondum gustato vino γεῦσιν eius καλὴν vocat, Ulixem, qui sciat nondum eum gustasse, non habere quod quaerat nisi aut qui scis? quum nondum gustaveris, aut, quoniam Silenus nihil nisi vidit vinum, quum infunderetur, num vidisti saporem?

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

εἰδες γὰρ αὐτήν;

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ὁσφραίνομαι.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

γεῦσαι νῦν, ὡς ἀν μὴ λόγῳ παινῆσι μόνον.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

βαβαῖ· χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος.

ἄ ἄ ἄ.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μῶν τὸν λάρουγγα διεκάναξέ σου καλῶς;

160

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ώστ' εἰς ἄκρους γε τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πρὸς τῷδε μέντοι καὶ νόμισμα δώσομεν.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

χάλα τὸν ἀσκὸν μόνον· ἔα τὸ χρυσίον.

## ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐκφέρετέ νῦν τυρεύματ' ἢ μήλων τόκον.

## ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

δράσω τάδ', ὀλίγον φροντίσας τῶν δεσποτῶν.

165

ὡς ἐκπιεῖν ἀν κύλικα βουλοίμην μίαν,

157. Edd. vett. γεῦσαι νῦν.

